

legavit; partem ad Deum omnis scientia
atque sapientiæ fontem invocandum, ti-
mendumq; est cohortatus. Quod si omnes
melioribus studiis sive philosophicis si-
ve Theologicis addicti, saluberrima hæc
monita in animo defigerent, atque egregi-
um Justinii exemplum serio æmulari con-
stituerent, næ illis quoque portæ lucis pan-
derentur, & affulgente de cœlo claritate
insignis ingenii judicii que vis ad capeffen-
da fidei virtutumque mysteria & orna-
mentamajorem in modum inclaresceret.

III.

Idem sane Magno illi atque incompara-
bili prisca Ecclesiæ Latinæ Doctore &
Hipponensi Episcopo, D. AURELIO
AUGUSTINO usu venisse, eumque
post impensam profanis auctoribus atque
Philosophis multam operam atque indu-
striam, post perquisitam magno labore at-
que sudore, & inventam nullibi veritatem
in *Sacro quodam secessu* divinæ Gratia lu-
mine collustratum, imò ab eodem quoque
Magistro *Timore* eruditum fuisse; insigni
vitæ & conversionis eius historia jam jam
com-